OLAI
A.
II.


Vacandum Studiis.
Bibliotheca
VALENTINI SCHLIEFF
Gedani.

Henrici Nicolai.

1. Gymnasium Logicum repetitum
2. Exercitatio de Cognitione humana universa.
3. Tr. de Esse alicubi seu Ubicitate.
4. Pro methodo Trinitatis aliisq materiis Apologia.
5. Quadrigatus expensus seu Consideratio quadrigae quaestionum de Syncretismo nonnemini Wittebergae emissae.
6. Exercitatio de Prudentia Theologica.
7. Exerc. de Obedientia tam Civili quam Spirituali.

D. O. M. A.

Gymnasii Logici repetiti

DIATRIBE XVI. & VLTIMA.

DE

METHO-
DO SIVE ORDINE.

Disputationis loco

Ad sententiarum collationem

in Gymnasio Gedanensi proposita

PRÆSIDE

HENRICO NICOLAI,

Philos. Professore

Publico.

Respondentis partes obtinente

JOHANNE DORSCHIO.

Lilioburgense Borusso.

Ad diem 5. Maji. S. N.

In Auditorio Philosophico.

Horis ab 8. matutinis.

Dantisci, Typis GeorgI RhetI,

ANNO CIↃ. IↃC. XL.

Gymnasii Logici repetiti
DIATRIBE XVI. & VLTIMA
De Methodo ac Ordine.

I.

C*Horoebum quendam in aulâ Principis Palatini in revellendis è strue lignariâ lignis eam rationem servasse narrat* Manlius coll. p. 534. ut primùm *ab imo & medio, magno molimine, ligna extraheret, missis ijs, quæ in superiori lignorum parte ad auferendum ex compacto locata erant. Quo more servato id aliquando consecu-us est, ut lignis ex summo cadentibus penèillis obrutus interiisset, nî accursu aliorum sublevatus fuisset. Non dissimile contingere videamus iis, qui scientiarum æquor sine ordine ingressi priùs sciendorum mole supprimuntur, quàm ad solidam accuratamq; rerum cognitionem pervenire queant. Cui præposteræ rationi medelam facit ordo s. methodus, admirabilis res in animo sapientis, judice* Scal.ex:2. *& magna subtilitatis pars in libris sapientum, Eodem* ex:303. s. 9. *teste. Noema, ad perfectam rerum tractationem commodè à Logicâ suppeditatum. Quippe quo sublato nec splendor disciplinarum videri,* neq; *ipsæ à magistris commodè tradi,* neq; *à discipulis sufficienter comprehendi animo possunt. Nihilq; tam utile ac decorum hominibus existere potest, quàm ordo, ut* Xenophon in Oecon. *loquitur. Illud distinctè inter opera Logica elucidasse multum accurati Logici interest: Ejusq; naturam ultima hæc diatribe Logica curatiùs venabitur.*

2. *Methodi tractatio* vel *præcognitionis est,* vel *cognitionis.* Illa *triplex:* An *peculiariter in Logicis tradenda?* Quo *loco?* Cur *nihil de eâ distinctè Aristoteles in Organo Logico?*

3. Quà primum, *Negat* Faber qu: 6. & 9. Log. proem: *Logicæ considerationis proprium esse ordinem, sed ad omnes disci-*

 plinas,

plinas spectare, quæ de eo monere debeant, prout usus earum postulaverit. Et esse potiùs in Metaphysicis ut Ens quoddam tradendum, quàm Logicis. Conimbricens: Smiglecius, Casus, Hū-næus, Titelman: Cæsarius, Sturmius, Morisanus, Toletus, Samuel de Lublino, Mendoza, Valla, Arriaga, Petronius, Hornejus, de facto eum in Lóg. omittunt. Cæteri Philosophi, tàm Peripatetici, quàm Ramei, communiter de eo in Logicis præcipiunt. Dicendum hic: 1. Ordo in actu exercito, concretè & materialiter ipsis materiis applicatus, ratione usus communis pertinet ad omnes omninò disciplinas: Nam omnes distinctè & ordinatè suas materias explicare debent, & sic ordinem in ipsis materiis q. immittere & ostendere, & cum illis simùl ordinem concretum materialiter exhibere. Ita Physica materialiter ordinem Syntheticum exhibet, tractat enim suum objectum à principijs ad composita: Ethica analyticum, tractat enim suum objectum à fine ad media finis acquirendi. Hoc modo omnes disciplinæ ordinem rebus concretum habent, & sic Fabri sententia tolerari potest.

4. 2. Ordo in actu signato, abstractè & formaliter tractatus realiter, est notio prima & generalis affectio omni Enti conveniens. & pertinet ad Metaphysicam: & velut in origine est in DEO: in rebus, ut ex origine prodeuntibus. Vt loq: Piccol. intro: grad. c. 14. & Com. Pol. p. 2. & ex eo Alsted. l. 8. Lo. ha. c. 1. Sequiturq; Chinæus c. 4. proleg. Metaph. Ita vel ad trāscēdentia pertinet, ut Alstediꝰ, Combachiꝰ, vel ad doctrinā modi ētis disjūcti refertur, ut Calov: aliiq; volūt, de q alibi plura. In actu signato & abstractè tractatꝰ notionaliter, ut instrumētum tractandi aliquid & medium disponendi, solius Logicæ est proprius. Nam sic ordo consideratur tanquam notio secunda omni tractabili adnectenda, docens, quomodo scientiis & facultatibus sit applicandus ordo: & ostenditur in genere, quid sit, quotuplex, quas affectiones habeat, quomodo in disciplinâ vel totâ vel

ejus

ejus parte servari possit: abstrahendo à particularibus materijs, v. g. Physicis, Theologicis, Medicis; Adeoq; quod de definitione & divisione dictum d. 6. t. 4. *per analogiam de ordine est habendū. Nam ejus disciplinæ est de ordine formaliter & notionaliter spectato tradere, quæ organa suppeditat cujusvis distinctæ rei tractationis, sive ea simplex, s. enuntiativa, s. discursiva sit. At hæc sola Log. suppeditat per suas partes, primam, secundam, & tertiam, Vt hactenùs visum, Et praxis Logica uberius docet. E. & Logica hactenùs de ordine tractare debet. Tùm intellectus errare potest etiam in ordinando, non solùm ratiocinando. Potest enim confusè concipere, tractare, quæ ordinatè tradere debebat. Et æquè confusione, ac falsitate ut peccare potest. At Logica omnem operationem mentis dirigere debet*. V. Acontium de meth. p. 11. §. 1. Neldel. de ord. c. 5. Weger. q. 10. Log. proêm. *Quòd si methodus sumatur pro illatione unius ex alio, prout quibusdam Peripateticis sumitur*, Vt th. 7. *dicetur: omninò Logicæ est eam tradere, ut quæ omnes modos illationum proponere debet. Imò sic tota Logica in methodorum ratione constituta erit, nam omnib. methodos, id est, instrumenta ad rerum notitiam consequendam præbet, Vt loq.* Zaba. l. 1. d. meth. c. 1. Sic Ramus *ipsam Logicam methodum vocat.* l. 9. Sch. Log. c. 1. *Et sic* ipse Faber *de methodo in Log. tractat*, l. 2. Org. Arist. Ram. c. 17. 18. *Ita quidam ad pædiam methodum referunt. Sed illa est ipsa Logica in praxi adhibita, non distinctus ab eâ habitus, ut* alii *volunt*.

5. Quà secundum: *Quidam in parte primâ methodum tractant.* Philipp. l. 1. Dial. Bersm. l. 1. Erot. Dial. p. 197. *Istum excusat* Timpl. l. 4. Log. c. 8. q. 1. *quòd per methodum intelligat modum tractandi thema simplex.* Alii *in parte 2. de eâ tradi posse putant, quòd sit dispositio quædam. Huc inclinat* Reg. l. 1. Log. d. meth §. 1. *Et facto ita tradit* Eustachius S. Pauli p. 2. Log. tr. 2. Alii *in tertiâ tractant, sed diversimodè. Quidam*

dam post doctrinam demonstrationis. Cl. I. M. l. 5. inst. c. 19. & l. 3. p. 3. tr. 2. cō. 1. Keck. & p. 1. misc. d. 12. Crell. l. 1. pa. pro. c. 12. Cor. Mar. l. 1. de dem. c. 9. Flacius l. 4. Apo. c. 13. Nihusius d. Log. 9. t. 75. Bartholin. l. 1. p. pro. c. 8. Bertius l. 4. Lo. c. 19. *& alii, Ut fructum demonstrationis, & quod in speculativis disci: res disponamus, ut faciliùs scientiam paremus. Quidam post locos Topicos.* Ut Fonseca l. 7. Dial. c. 39. Alsted. l. 8. Lo har. c. 1. *Quidam omnium ultimo loco, ut effectum & fructum totius Logicæ.* Scharf. l. 7. Log. c. 3. (*quamvis & ut fructum demonstrationi subjungat* l. 4. c. 6.) Keckerm. l. 3. Log. s. 3. p. 2. c. 1. Libavi. l. 2. Log. Ph. Ram. p. 606. Gutkius p. 658. syn. & ex. 30. Log. diu. Dusa l. 4. Log. c. 12. Timpl. c. l. Alsted. l. 24. Encyc. p. 2. c. 17. Reg. c. l. Scheib. d. Syll. c. 18. Zanakius c. Cl. I. M. l. 3. s. 3. p. 2. c. 1. q. 1. Faber l. 2. org. Arist. Ram. c. 17. Dn. Eisl. præf. meth. Log. Calovius p. 15. met. Log. Burgersdicius l. 2. Log. c. 28. *Sequuntur hos Ramistæ communiter. Estq; non omninò alienus ab hoc* Cl. I. M. *ordinem dicens peculiarem quendam omnium trium operationum mentis modum,* l. 2. dis. Ram. c. 9. q. 1. *Atq; ex hoc fundamento commodissimè ultimo omnium in Log. loco proponi potest. Et sic vel ut appendix partis tertiæ tractabitur, non præcisè ut pars parti tertiæ ejusq; formali considerandi modo subjecta: Vel pars tertia in inferentem & ordinantem dividenda, & in hac methodus tradenda,* Ut Keck. Gutk. Timpl. Alstedius, Calovius, &c. *aliiq;. Intellectus n. hic rectificatur in consecutione rerum, ut unum post aliud rectè collocare discat: sicut in Syllogisticâ in consecutione unius ex alio dirigitur, ut unum ex alio rectè inferre discat. Usus ordinis in omni parte Log. conspicuus esse potest: tractatio ejus commodè ultimo loco proponitur.* Ne modus rei ante rem *sit: Et priùs notiones Logicæ exhibeantur, quàm ordo, quo exhibeatur aliquid. Ante modum n. rei rem ipsam cognitam esse oportet. Et prius discurrimus, quàm discursus varios debito ordine disponamus.*

6. Quà tertium: *Nihil distinctè de ordine in organo Log. tractavit Aristoteles, quod hodiè residuum habemus, ut sensus testatur. Fortassè in illis libris Logicis fuit, qui injuriâ temporum perierunt.* Laërtius *enim Logicos libros supra octoginta ab Aristotele scriptos refert, ut ex titulis librorum patet. Et unum methodicum ab eo scriptum aït,* l.5.d.vit. Phil. in Arist. *Alÿ 9. libros methodi ipsum citare scribunt.* D. l. M. c. Keck. p. 939. *Alÿ indè organon Arist. imperfectionis accusant, quòd nihil de methodo tradat.* Keck.tr. 3.p.1.Log.c.1. q.2. Alsted.l.8. c.1. Lohar. *Alÿ, ut* Zabarel. l. 4. d. meth. c. 22. Piccolo. p.5. com. Pol. Neldelius l.d.ord. c.4. *rationes inquirunt, cur Aristoteli prætermissa.* Zabarella, *quòd discentibus scripserit Logicam, non docentibus, ideò multis de ordine præceptis eos turbare noluerit. Quòd præsupposito, duos esse ordines, syntheticum & analy: non tanta eorum difficultas sit, quæ peculiarem tractationem requisiverit.* Piccolomineus, *quòd per naturam nobis offeratur, & ex naturâ rerum sit sumendus:* Neldelius, *quod maluerit vivum exemplar servati ordinis in disciplinis Philosophicis imitandum proponere, quàm præcepta de eo tradita relinquere.* Zabarella *ad ultimum, non scripsisse aït, quia noluerit. Quæcunq; ratio arriserit, eligi poterit.* Nobis *videtur scriptum fuisse: & cum multis alÿs perÿsse.*

7. *Fuit* præcognitio: Cognitio *est nominalis & realis.* Nominalis 1. Homonymica. *Methodus notat 1. Quamvis vel cognoscendi, vel agendi viam. 2. Logicam rerum considerandarum rationem. Sic Topicam* Arist. l. 1. Top. c. 2. & *ipsam Logicam* Ramus l. 9. Sch. Log. c. 1. *vocant methodum, id est, disciplinam ordinatè tractandi aliquid, apud* Fabr. l. 2. org. Ari. Ram. c. 17. 3. *Scientiam methodicè traditam. 4. Deductionem unius ex alio. Sic Syllogismi Veterib. methodi dicuntur.* V. Scaliger. l. 2. Ausoni. lection. c. 20. *Sic methodus & ordo di-*

stinguuntur, ut ordo dicatur hoc post hoc: methodus, hoc ergò hoc: Ordo disponat, methodus ordinem probet, demonstret, & notificet. Ordo sit via doctrinæ, methodus sit ordo doctrinæ. Vt loquitur Perer. l. 3. Phys. c. 11. *Ordo sit dispositio, methodus unius ex alio illatio. Hæc significatio frequens est* Zabarellæ 1. d. meth. c. 23. l. 3. c. 2. 3. Faber in l. 1. Top. c. 6. *Aristotelem ibi per methodum viam disputandi ex locis vel maximis communibus intelligere ait.* Quidam *dubitant, an hæc acceptio vocis methodi sit concedenda, & an usquam Aristoteli usurpata?* V. Timpl. l. 4. Log. c. 8. q. 5. Pacium c. 22. inst. Log. Keckerm. l. 3. Log. s. 3. p. 2. c. 1. Alii *tamen eam admittunt.* Cl. I. M. l. 5. inst. c. 19. & con. Keck. p. 938. Crell. l. 1. p. pro. c. 12. Co. Mart. l. 1. pa. pro. c. 9. Dusa l. 4. Log. c. 12. Bert. l. 4. Lo. c. 19. Zabar. 2. l. 1. d. met. c. 3. & l. 3. c. 1. Regius p. 522. Log. *Quòd methodus quasi sit ratio & anima ordinis, deducens, rectè ordinem processisse: Et sic veritatem distinctiùs doceat, & firmiùs alius proponat. Cum de voce sit quæstio, cujus usus pendet à Philosophis, faciles circa eam esse convenit. 5. Processionem unius post aliud & procedendi modum. Sic hic sumitur. Et sic idem est ac ordo. Cumq; à plerisq; hodiè ita sumatur, humanitatis est, alteram acceptionem non morosè urgere. Vt loquitur* Gutk. *p.* 659. Syn. *Imò Peripatetici negant, vocem discursus ita latè sumi, ut & ordinem includat.* V. d. 10. c. 7. *Nec ergò methodus pro illatione sumi debet. Hæc n. semper discursus est. 6. Instrumenta methodo servientia, ut sunt definitio, divisio, demonstratio.* 2. Etymologica; *à* μετὰ *&* ὁδὸς, *id est, processus, transitus.* 3. Synonymica, *ubi & ordo, quòd Veteres tribuni militibus dicebant,* ὀρθοῦν, *processus ordinatus, ordinatio, Dispositio, apta collocatio, consecutio tractatorum dicitur. Et periphrasticè Aristoteli natura rerum, Platoni forma scientiarum, Anaxagoræ munus divinæ mentis ap.* Piccolom. intr. Ph. mo. c. 14. *dicitur.*

8. *Fu-*

8. *Fuit* Nominalis *Cognitio.* Realis *est definitiva, idvisiva & affectiva.* Definitio sit: Methodus est instrumentum Logicum, apposite unum post aliud disponere docens, ad faciliorem & distinctiorem rei cognitionem. Gen⁹ *est instrumentum Log. id est, organon aliquod rebus tractandis subserviens. Ità benè genus assignant* Alsted. l. 8. Lo. ha. c. 1. Gutk. c. l. Timpl. l. 4. Log. c. 3. q. 2. Zabarel. l. 3. d. met. c. 2. & l. de ordi. int. c. 1. *Ramei, & qui eos hic sequuntur,* Keck. c. l. Scheibl. c. I. n. 9. Dusa l. 4. Log. c. 12. Olevian. l. 2. dial. c. 21. *& alij dianojan s. discursum genus faciunt. At discursus est hoc, Ergò hoc: sed methodus, prout hic accipitur, est tantùm hoc post hoc.* V. t. 7. *Nec discursus vocabulum Veteribus ita amplè usurpatum est,* V. d. 10. c. l. *Rectiùs dicetur instrumentum discursui æquè ac reliquis operationibus Logicis subserviens, & velut communis quidam modus omnes subsequens,* V. t. 5. *quàm discursus. Est adjunctum & consequens omnis legitimi discursus, non ipse discursus. Sic propositiones sunt necessaria requisita discursus, nec tamen ipsæ per se & in se sunt discursus. Ordinat & disponit legitimè discursum methodus, non ipsa vel discurrit, vel ex se discurrere docet. Etiam in parte primâ locum habet & secundâ, cum Termini & propositiones ordinatè subjunguntur; ubi tamen nondum discursus locum habet. Et Ramus partem secundam Log. definit de disponendis argumentis: Et sic etiam methodus ut pars partis secundæ, disponet argumenta. At argumenta Ramo sunt termini simplices. At illi nondum sunt* διάνοια *s. discursus.*

9. Alij *habitum instrumentalem definiunt.* Zaba. l. 1. d. met. c 2 11. Crellius l. 1. p. pro. c. 12. Bert. l. 4. Lo. c. 19. Co. Mar. l. 1. d. dem. c. 9. Reg. l. 1. Log. de. meth. Eler⁹ d. 1. Eth t. 2. *Impugnat hoc Piccolomin.* p. 3. com. Pol *quòd Logica nulla instrumenta consideret ut habitus animi, sed ut re-*

ctas ra-

ctas rationes efficiendi aliquid notionale, & sic definiat. Sic Syll: non definitur habitus animi, sed ex suo efficiendi modo, ratiocinatio. Sic definitio ratio, quid rei exponens. Sic & ordo, ratio ordinandi disciplinas. Et verè hoc. Propriè enim loquendo Logica *est habitus instrumenta efformans:* Noëmata Logica, *quale quid & methodus, prout hic tractatur, sunt instrumenta à Logicâ efformata, ad rerum cognitiones inservientia. Pars non adæquatur toti: Et sic nec methodus ut partiale instrumentum Log. toti Logicæ, ut habitui. Vt benè* Reg. p. 512. Logic. *Et sic ordinem rectiùs instrumentum vocat ipse* Zabarella l. 1. Apolog. c. 10. *Sunt sanè noëmata notionalia cum habitu in eodem subjecto, animo: non tamen ipse habitus, sed instrumenta ab habitu pposita, & in eo repræsentata sũt. Alij per doctrinam definiunt, apud* Reg. c. l. *Sed hoc accidentale est. Sive doceatur methodus, s. non, semper erit instrumentum Logicum. Alij per dispositionem & progressionem.* Goclen. p. 5. probl. th. d. meth. t: 4. & l. 2. par. dial. c. 19. Fons. l. 7. dial. c. 39. Bert: c. l. Libav. l. 2. Lo. Ph. Ra. p. 606. Flac. l. 4. Apod. c. 14. Scharf. 7. Log. c. 3. Keck. c. l. Piccolom. c. 15. introd. mor. & p. 3. Com. Pol. Burgersdicius c. l. *Sed rectè monent* Alsted. c. l. Vrsinus p. 1. qu. ill. d. 15. t. 47. Regius p. 522. & 511. Lo. *Ordinem, prout hic in Log. consideratur, non esse ipsam dispositionem, quæ est in scientiis: sed disponendi modum, ideam, regulam, instrumentum: Et sic Methodus rectiùs instrumentum disponendi dicetur, quàm dispositio. Ordo cum dispositio dicitur, magis ut disciplinis concretus & materialiter sumitur, quorsum respexit* Piccol. c. l. *At hic ut organon magis abstractum & formaliter definiri debet, quod Logicæ considerationi subjaceat, & postea omnib: disciplinis & facultatibus, ut instrumentum disponendi earum materias & objecta, applicari posit.*

10. Dif-

10. Differentia *est in cæteris verbis. Disponere apposite est unum post aliud aptè collocare, prout vel rei natura vel commodior nostra cognitio ferre potest. Nam utrumq; complectitur interdum methodus, ut* t. 12. *dicetur.* Ramus *dianojan variorum axiomatum definit.* l. 2. dial. c. 17. *At hæc definitio contrariatur generali definitioni partis secunda Log. à* Ramo l. 2. c. 1. *tradita,* V. t. 7. *Et methodus non tantùm axiomata, sed & terminos & Syllogismos disponere potest,* t. 5. 8. *Artium, habituum, & disciplinarum partes disponit, non præcisè axiomata.* Finis *est in verbis,* ob faciliorem & distinctiorem cognitionem. *Usus hic & finis præceptorum methodi est, ut faciliùs, clariùs, distinctiùs nos rei naturam agnoscamus. Et sic ordo semper eâ ratione procedet, ut nostræ cognitioni faciliori inserviatur. Fieri potest, ut cum ordine facilioris cognitionis ordo naturæ rei simùl consistat: Sic ordo & sequetur naturam rei, & nostram faciliorem cognitionem: Fieri potest, ut abscedat ordo facilioris cognitionis ab ordine naturæ rei: Sic legitimus ordo potiùs procedet pro nostrâ cognitione, quàm naturâ rei.*

11. *Qui procedendi modus, quia totus inter Clarissimos methodi doctores,* Piccolomineum & Zabarellam, *acriter est controversus, paulò fusius est deducendus.* Piccolomi: intr: gr: mor: c. 17. 18. & p. 5. com. Pol. *methodum & viam addiscendi petendam esse ait ex nostro cognoscendi modo, ordinem verò ex naturâ ipsarum rerum. Eum sequuntur* Keck. c. l. c. 1. Zanakius c. l. q. 2. Sagittar. C. 1. ax. Log. d. 1. t. 1. Ramus l. 2. Lo: c. 17. Snell. l. 2. dial. c. 17. *& cæteri Ramistæ communiter:* Zabarella l. 1. de met. c. 6. 16. & l. 1. Apol. c. 3. 4. *& methodum & ordinem ex faciliori nostrâ cognitione sumendum vult. Quem sequuntur* Cl. I. Ma. C. 6. d. 3. q. 1. & l. 1. misc. d. 12. t. 12. & con. Keck. l. 3. s. 3. p. 2. c. 1. & l. 5. inst. Lo. c. 19. & l. 2. dis: Ram: c. 13. q. 1. Scheibl. d. Syll. c. 18. n. 28, 35. Gutkius c. l.

Alsted. l. 8. Lo. ha. c. 2. Timpl. l. 4. Lo. c. 8. q. 11. Neldel. de ord. c. 6. Goclen. p. 5. pro: 29. 30. 31. 33. Regius l. 1. pro. d. met. p. 533. Crell. l. 1. pa. pro: c. 12. Flacius l. 4. Apod. c. 13. Tolet. prol. in l. post. q. 6. Co: Mart: l. 1. pa. pro. c. 9. Scharf. l. 7. Lo. c: 3. Dusa l. 4. Lo. c. 12. Hipp: q: 57. Lo: Burgersdic: c. l. Hornejus 1. Eth. c. 2. §. 7. Hippocrates, Alexander, Albertus Magn: & Horatius apud Bertium l. 4. Log: c: 19. & alij.

12. *Ea res ut accuratiùs decidatur, advertenda sequentia monita.* 1. Non *quæritur de ordine nobilitatis, dignitatis, constitutionis, temporis, loci, methodo arbitrariâ, quæ undecunq; sumi potest.* V. Bert: c: l. *sed methodo doctrinæ & cognitionis.* V. Piccol: c: l. intr. c. 14. 2. Methodus, *via procedendi, & ordo procedendi hic sunt eadem. Vnde perinde nunc est, s. dicas methodum discendi, ordinem discendi a. docendi, sumendum à nostrâ cognitione.* 3. Apud *utrumq; Zab: & Piccol. in confesso est, ordinem nostræ cognitionis gratiâ & inventum esse, & servari in rebus: & rebus ipsis cognoscendis à nobis accommodatum esse debere:* V. Piccol. com: p. 3. & 5. & introduct: mor. c. 29. 4. *Non quæritur potissimùm de methodo particulari, hujus a. illius partis in disciplinâ, sed universali, de ordine totarum disciplinarum.* Vid. Zabar. l. 2. Apol: c. 2. 5. *Sæpè ordo naturæ & nostræ cognitionis distinctè conveniunt. Et ita perinde est, unde processus disciplinæ sumatur. Ita in Physicis ordimur â principijs ad composita, & in nostrâ cognitione faciliori, Impossibile enim est, cognosci posse compositum, non cognitis principiis: & in ipsâ Naturâ, quæ à principiis ad principiata in compositione procedit. Vnde non negatur, unquàm debere servari ordinem Naturæ rerum, sed saltem, semper servari debere.* Schei. c. l. n. 33. Zabar. l. 1. d. met: c. 6. 6. *Omnis ordo potest sequi ordinem naturæ & rerum, ἀτεχνικῶς, & per æquitatem intelligendo: non*

formaliter, *ut res sunt, sed* objective, *ut à nobis cognosci possunt. ut omnis methodus sit congruens naturis rerum* objectivis, *prout à nobis cognoscibiles sunt. Vndè non attinet præcise servare ordinem naturæ generantis, sed cognoscentis.* V. Zaba. l. c. c. 10. Scheib. c. 1. n. 34. 7. *Naturâ primum, & id, sine quo alterum distinctè non cognoscitur, eadem esse possunt. In distinctâ ergò & accuratâ nostrâ cognitione servari poterit ordo naturæ rerum. Si naturâ nota sint etiam nobis nota: sin ignota nobis, â notioribus nobis procedendum erit.* Vt benè Goclen. p. 5. prob. 30. 31.

13. *Ergò jam spectato fine isto, meliori, faciliori, & distinctâ nostrâ cognitione, tota Controversia erit, quem processum ordo servare debeat, ut istum finem assequatur?* Piccol. *id ordinem naturæ sequendo, futurum dicit:* Zabarel: *à facilioribus cognitu inchoando. Et hic rectiùs. Quidam conciliare nituntur, quòd primò à naturâ prioribus, secundò à cognitu facilioribus inchoando impetrari poterit.* Keck. c. 1. Zanack. c. 1. *Sed hanc conciliationem invertendam esse viderunt alij.* Timpl. c. 1. Et Alsted. c. 1. *Et rectè. Primariò à facilioribus cognitu inchoando id perficietur: secundariò à naturâ prioribus. Formaliter ex nostrâ cognitione id pendebit: materialiter ex ordine naturæ rei. Quod ita patet:* 1. Quodcunq; *instrumentum practicum discendi instrumentum est, & cognitionem, ut finem, sibi propositum habet, ut illam perficiat & rectificet in operando, illud modum procedendi eum servare debet, qui faciliori isti cognitioni conducat. Nam finis in disciplinis practicis est quasi formale, quod mensurare debet & præcepta & præceptorum ordinem in istis disciplinis. Et ut fundamentum cognitionis rerum sunt res ipsæ, quibus nostra cognitio accommodata esse debet, si legitima sit: Ita fundamentum ordinis cognitionis rerum est facilior nostra cognitio, Cui ordo accommodatus esse debet, si legitimus esse debeat. Et ut in cognitione rerum primò à rebus pendemus, secundò à nostro concipiendi modo: quod*

do: quod Metaphysica in doctrinâ de pluritate formarum in uno supposito, & Pneumatica in doctrina de attributis divinis, distinctè & inadæquatè conceptis, docebunt: Ita in ordine & processu cognitionis rerum inversim, primò, à nostrâ cognitione faciliori, secundò à naturâ rerum dependere debemus. Instrumẽta n. discendi ad id excogitata sunt, ut faciliorem disciplinam reddant. At methodus Logica est tale instrumentum practicum, quod finem meliorem nostram cognitionem intendit. Est enim instrumentum intellectus, non rerum: inventum pro nobis, non rebus. V. t. 10. *E. & progressum facilioris nostræ cognitionis servare debet.* Conf: *fusè* Zabarel. l. 1. d. met: c: 9. *illum ordinis finem persequentem.*

14. 2. Si ordo *tractandi sumendus à naturâ rerum*, aut *sumetur ab ordine naturæ generantis*, aut *intendentis & perficientis*. Si prius, *E. semper à principiis ad principiata, causis ad causata progrediendum erit. Hic enim est ordo naturæ generantis. At sic esset solus ordo compositivus, nam is ita progreditur. At præter hunc etiam est ordo* Resolutiv⁹, *qui à principiatis ad principia, sine ad media finem inducentia progreditur, ut in Ethicis, Politicis, videre est. Et his ordo negari non potest, quin sit accommodatissimus disciplinis Practicis. Ut ex Galeno, Aristotele & communi omnium consensu demonstrat* Zabar: c. l. c. 6. Si posterius: *Ergò* vel *perinde erit, sive hunc s. priorem ordinem serves*, vel *non erit*. Si erit, *ergò perinde erit, sive in Ethicis à fine ad media procedas, sive contrà. At hoc erit summam confusionem introducere, & quidvis cuivis aptare, cum nulla mediorum cognitio esse queat, nisi priùs de fine constet, nec Philosophus confusionis, sed ordinis magister esse debeat.* Si non erit perinde, *Ergò oportet alicunde determinatio sumatur, ut sciatur, quem ordinem præcisè disciplinæ alicui applicare fas sit. Hæc determinatio non scietur ab ipsâ naturâ, nam illa indifferenter in rebus servat utrũq;*

trumq; E. â nostrâ meliori & distinctiori cognitione. Nam aliud hic nominari non potest. Si dicas, *utrumq; ordinem servari posse, sed distinctè: Illum in Theoriâ, hunc in Praxi: Quæro, unde ratio desumenda hujus distinctæ tractationis? Nisi ad meliorem nostram cognitionem devenias, nunquam rationem istius distinctæ determinationis expedies. Et sic nostra cognitio semper summus scopus manebit, ad quem dirigendus erit processus ordinis s. methodi. Vrget hoc argumentum* Zabar. c. l. c. 6. & l. 1. Apol: c. 4. Timpl. c. l. q. 11. *Testimonia Aristotelis pro hac sententiâ, apud* Zab. c. l. c. 7. & l. 1. Apol. c. 4. *vide. Vbi & ab exceptionibus Piccolominei ea vindicat* c. 6.

15. *Ad hoc argumentum regerit* Piccolomineus intro: c. 19. *& repetit* Zabar. l. 1. Apol: c. 4. *etiam incertum fore ordinem, etsi à nostro cognoscendi modo sumatur. Nam hic duplex est,* vel *notitiæ confusæ,* vel *distinctæ. Et sic ex modo cognoscendi non determinari poterit, quisnam ordo præcisè sequendus. Et datis duobus æquè ignotis, nulla dabitur regula, quam in ordine sequamur, ni ad naturam rerum convertamur. Et posse servari utrumq; ordinem, nam uterq; conveniat naturæ: Syntheticus naturæ componenti & generanti: Analyticus appetenti & resolventi. Vter servetur, naturam rerum sequetur, eiq; erit conveniens. Ita &* Zanack. c. Cl. I. M. p. 546. *Sed hæ responsiones rem non conficiunt.* 1. Si *ob naturam rerum ordinem Synt. vel Analyt. sequimur, E. perinde erit, quem eligamus in disciplinis. Vterq; enim est naturalis. Et hactenùs nulla est determinatio à naturâ, Cur potius hic præ illo sit tenendus. Vt rectè dictum* th. 14. *At est omninò determinatio aliqua danda hujus ordinum electionis. Si ad nostrum institutum vel occasiones, difficultatem, aut oportunitatem, decurreris cum* Piccolomin. c. l. *jam apertè ad nostram sententiam decurritur. Nam nullum institutum vel occasio electionis istius alia esse poterit, quàm melior & distinctior nostra co-*

 gnitio

gnitio. Ut benè observat Zabar. c.1.c.6. *E. ab hac jam sumenda erit determinatio. Et sic habemus intentum.*

16. 2. Omninò *ex nostrâ cognitione determinatio servandi ordinis doctrinæ satis desumi potest. Nam ordo debet sequi nostram cognitionem* meliorem & distinctiorem, id est, *eam, quæ in suo genere perfecta est,* Vid. t. 21. *non confusam. Et sic parum ad rem facit, dari quandam cognitionem nostram confusam. Nam methodus artificialis, de quâ nunc loquimur, illam sequi non debet, sed distinctam. Ab hac semper determinatio sumenda, unde ordo procedere debeat. In arbitrariâ methodo perinde est, unde inchoemus,* V. c.1. *Sed de eâ nunc quæstio non est.* 3. Datis *duobus æquè ignotis, quorum neutrum alterius juvet cognitionem, servatur ordo arbitrarius, ut vel à perfectiori, vel undecunq; pro nostro arbitrio inchoemus. Nec hinc evertitur ordo cognitionis. Quandoquidem is in dato casu nullus est. Ergò nec hic curiosè quærendum, unde sumendus sit. Et sic ista responsio prorsùs aliena erit. Non enim quæritur de methodo arbitrariâ, sed melioris nostræ cognitionis.* V. t. 12. *Ostendendum erat, ubi adest ordo cognoscendi, illum sperni, & assumi ordinem naturæ rerum.* 4. Si potest *uterq; ordo servari, & generantis & intendentis naturæ, quæro, Cur potiùs iste in scientiis, hic in prudentiis servatur, & non contrà proceditur? Nempe quia meliori nostræ cognitioni ita consulitur, & ab hac determinatio sumenda.* V. t. 14.

17. *Neq; quæ hic contrà adferri solent, magnoperè stringunt.* Ut; 1. Artem *debere imitari naturam, & scientiam ipsam rem, cujus quasi repræsentatio esse debet. Nam hoc valet de naturâ scà cognoscendâ in se, non cognoscendi ordine. Debemus res intelligere, vel ut in se sunt, vel ut in esse intellectili se nobis objiciunt: Et modus intelligendi sequitur modum essendi,* quem res vel in se, vel in nostro conceptu habent. *Patet ex attributis divinis distinctè à nobis conceptis, cum in se sint simpliciter unum quid.*

V. dec. 1. Misc. d. 4. t. 11. 12. *Sed ordo intelligendi sequitur nostram meliorem cognitionem. Res, ut sunt intelligamus: Sed ordine nobis convenienti. Rerum veritas ex reb. ipsis sumenda: Methodica tractatio ex meliore nostrâ cognitione. Qualem res habet naturam in esse, talis debet exponi in mente. Sed ordine illo, qui menti ejusq; captui est conveniens. Ordo rerum est quasi ipsa res ordinata: ordo doctrinæ est instrumentum nostræ cognitioni subserviens. Hic alius à processu naturæ esse potest.* Co. Zaba. l. 1. Apol. c. 8. *Quidam inter viam doctrinæ, quæ imitetur naturam, & ordinem doctrinæ distinguunt, qui distinctam nostram cognitionem.* Id: c. l. c. 9. 2. Mensuratum *debere mensuræ suæ & processum & ordinem imitari. At scientias esse mensuratas à rebus.* Zanack. c. l. *Antecedens hic falsum & interdum impossibile est. Practicarum rerum ordo incipit à mediis, & provehitur ad finem: Cognitio earum à fine ad media. Secùs enim non distinctè cognosces disciplinas practicas. Dices: Est ordo naturæ intendentis. Ita idē. R. Ordo naturæ intendentis valdè ambiguè ordo naturæ dicitur, Vt placet* Scheib. d. meth. n. 30. *Sed cur non servatur ordo naturæ generantis, ut in Synthetico ordine scientiis applicato? Nempe quia meliori nostræ cognitioni sic melius consulitur. Ast hinc determinatio sumenda: & ordo naturæ vel generantis vel intendentis nunquam satisfaciet.* V. t. 14.

18. 3. Inde *sumendum ordinem, unde prodeant ordinis differentiæ. Nam hæc sese sequi. At has, compositionem & resolutionem, ex rerum naturâ prodire, ex naturæ origine & appetitione. R. Inde sumendus ordo, unde manant ejus differentiæ,* sc. quà numerum & species, *non semper quâ specialem procedendi modum. Duplex est processus ordinis naturæ, vel componendo vel resolvendo: E. & totuplex ordo doctrinæ. Qui hactenùs est imitatio naturæ. Sed cum ordo naturæ in qualibet re duplex sit, compositionis & Resolutionis, ob duplicem scopum naturæ in-*

ra in qualibet re, generationem & resolutionem: Ordo doctrinæ in disciplinis non duplex, sed unus est, pro meliori nostrâ cognitione servandus: vel syntheticus, vel analyticus. Ille ex meliori cognitione in scientiis sumptus: Hic ob eandem in prudentiis. Ita ordo doctrinæ semper ex fine, meliori nostrâ cognitione, ut summo scopo in procedendi modo sumitur, sive cum ordine procedentis naturæ in rebus consentiat, ut in Theoreticis, sive *ab eo dissentiat, ut practicis disciplinis contingit.* Conf. t. 10. *Plura de hac controversiâ vide apud authores* th. 11. *citatos.*

19. *Fuit* definitio: *sequitur* divisio. *Ramei unam esse methodum ajunt.* V. Cl. I. M. l. 2. discu. Ram. c. 13. q. 2. Casman. l. 2. Collat. Log. c. 20. (*Eoq; inclinare videtur* Dn. Philip. l. 1. dial. *ad finem. Sed is de modo tractandi thema simplex loquitur, quæ unica.* V. t. 5. *Et tyronibus tantùm scripsit, ut excusat* Hipp. q. Log. 54.) *Quòd semper à notioribus ad ignotiora, generalibus ad specialia sit progrediendum. Sed hæc est generica Methodi natura, specialis ejus natura est diversa. Et sic in duas species dividi potest, Universalem & particularem.* V. Zabar. 2. d. meth. c. 20. *Universalis in* Syntheticam & Analyticam s. *demonstrativam & resolutivam, ut* Zab. vocat l. 3. d. met. c. 16. Illa est, cum à principiis ad principiata fit progressus: Hæc, cum à principiatis & fine ad principia & media. *Prius obtinet in disciplinis Theoreticis, posterius in practicis. Ubi nota:* 1. Hoc, *applicari disciplinis vel theoret. vel pract. istis ordinibus pro affectione esse, non pro essentiali & definitivâ ratione: Inde non ita per ea definiendi, acsi ipsam essentiam eorum quidditativè & Logicè constituerent à priori, ut rectè notavit* Cl. I. M. c. Keck. c. l. *Et tacitâ dissimulatione prætervectus, non habuit, unde negaret* Zanack. c. l. *Nam malè per posteriora definitur, quod potest per priora: Interim ita addi hæc possunt in definitionibus, quà Logica noëmata sunt instrumenta disciplinis accommodanda, & sic etiam*

tium ordo: Vnde quia compositivus theoriæ *applicandus, resolutivus* praxi; *ob usum istum illa in definitionibus tolerari possunt. Quomodo definiunt* Keck. l. 3. Log. s. 2. c. 1. Alsted. l. 24. Enc. p. 2. c. 17. & l. 8. Log. har. c. 4. 5. Zaba. l. 2. de met. c. 16. 17. 2. Rectè *ordinem syntheticum Theoreticis, Analyticum practicis applicari.* Piccol. c. 22. 23. introd. & p. 7. Com. Pol. §. 1. *ut plurimùm ita procedi ait: non tamen semper necesse hoc esse, posse utrumq; ordinem in scientiis servari. Sed hoc falsum esse ostendit* Zaba. l. 2. d. meth c. 7. 8. 9. 15. & l. 2. Apol. c. 5. 6. *Nam si v. g. analyticus applicari posset Theoriæ, E. aliquis finis esse deberet ab ipsâ cognitione subjecti distinctus, qui introducendus esset, à quo initium tractandi sumeretur. Nam ita analyticus ordo in prudentiis procedit. At in theoreticis nullus alius finis est, quàm sola cognitio subjecti, id est, ipsum subjectum cognitum. Nam scientia est velut res ipsa scita s. in esse intellectuali apprehensa. Vt benè* Zab. c. 7. c. l. & l. 2. Apol. c. 5. *Nec proficit* Piccolom. *excipiendo, in scientiis posse esse causas rerum finales, à quibus inchoetur tractatio. Nam istæ causæ finales locum causarũ obtinent, & principia nobis sunt cùm essendi in re, tùm cognoscendi in distinctâ cognitione, à quibus concludim⁹ ad effecta. Et sic à prioribus ad posteriora procedimus, quod est servare ordinem compositivum.* V. Zab. l. 2. Apol. c. 6. *Argumenta Piccolominei recenset* Zab. c. l. c. 4. *& dissolvit* c. 7. *Qui videndus.* 3. Dividi *ita methodum non tantùm partium & officii ratione, quæ componere & resolvere sunt: sed & ratione ipsi⁹ process⁹ diversi in disciplinis observandi. Scopus cognoscendi vel ob seipsum est, ut sciam: vel ob aliud, ut cognitum agam. Ibi processus Synthet. hic analyticus servandus. Et dividi ita ratione totarum disciplinarum, non partium in illis.*

20. Alii *addunt* methodum definitivam. *Sed nullâ necessitate. Nam definitiones, divisiones, &c. utriusq; ordinis communia sunt instrumenta. Vt benè* Idem l. 2. d. met. c. 4. & l. 3. c.

Et in synthetica & analytica tractatione definitiones, divisiones occurrunt. Nec ex ipsa disciplinæ naturâ sumitur: Sed per vim ei ab artifice tribuitur hic ordo, quem peculiariter definitivum dictum volunt. Picol. *definitivam met. ad analyticam referri posse ait*, c. 20. *introd.* & Com. Pol. par. 6. §. 1. Et Scalig. ex: 1. f. 3. Alii *divisionem negant, quòd tantùm competat methodo inventionis, non doctrinæ.* Timpl. l. c. q. 22. & c. 2. techn. q. 6. *Artes esse inventas ordine Synthetico: docendas semper analytico. Hanc divisionem accuratè observandam.* Alsted. c. l. *stupidos vocat eos, qui eam negent. Sed accidens methodi est, invenire. Ex naturâ disciplinæ sumenda ea, non inventione ejus. Methodus quæ est, omnis doctrinæ propriè est. Accidentalis hæc est divisio, & sic concedimus, quæ habet* Alsted. c. l. *non essentialis.* Alii *& divisivã addunt: Etiam præter necessitatem.* V. Zabar. l. 1. d. met. c. 1. & l. 3. c. 6. 7. *Alij alias divisiones habent.* V. Calov. met. Log. p. 48. 49. Burgersdicium c. l. *aliosq́.*

21. *Hæc de* divisione. Affectiones *methodi sunt* 1. *Præstantia.* V. Scalig. ex. 2. & 303. f. 9. 2. *Utilitas.* V. Timpl. c. l. q. 8. 3. *Tractandi sedes, quæ ultima in Log.* V. t. 5. 4. *Perspicuitas, & totalitas.* V. Scheible. c. l. n. 38. 5. *Crypsis & occultatio.* V. eundem n. 42. &c. 6. *Ab uno inchoatio. Ordo disciplinæ inchoet* ab uno, vel *secundùm rem & materialiter*, vel *secundùm rationem & formaliter. Ita Ethica incipit ab uno materialiter, nempe fine, & tendit ad media: Physica ab uno formaliter, aliquo, quod rationem unius habet, etsi in re materialiter multiplex sit. Sic unum ibi est, ut principium: etsi triplex numero sit: materia, forma, & privatio. Hac de re iterùm diversitas est inter Zabarellam & Piccolomineum. Hic methodum semper ab uno incipere ait*, intro. civ. c. 16. & com. Pol. p. 4. Ille *negat id necessarium esse, & per accidens tantùm ad eam se habere asserit.* l. 2. d. met. c. 3. & l. 1. Apol. c. 10. *Conciliari hæc inter se posse putat* Regius p. 535. Log. *eo, quo dictum est, modo. Ipse* Zabarella l. 1. Apol. c. 10. *ait*, si ab uno dicatur inchoari, *cum ab una v. g. syllabâ vel dictione inchoetur in Grammaticis, etsi ea multas habeat litteras, illa multa tamen sumantur ut unus terminus, à quo inchoetur tractatio: se non negare in omni disciplinâ necessarium esse, exordiri ab uno, ut termino à quo: etsi istud unum multa sub se complecti possit. Sic in Grammaticis multæ litteræ: in Physicis multa principia: Arithmeticis multæ unitates, &c. Omnia tamen sunt unus terminus, unum principium, à quo inchoatur tractatio disciplinæ.*

FINIS.

H NICOLAI
OPERA.
TOMUS II.